

/ Carolus Emanuel Dei gratia dux Sabaudiae, etc.... et totius
militiae ac religionis SS. Mauritii et Lazari... humilis, et genera-
lis magnus Magister, Illustri adolescenti, Roberto Bellarmino ex
5 civitate Montis Politiani salutem. Dudum Sanctissimus Dominus Cle-
mens papa octavus felicis recordationis, per literas datas Romae
apud S. Petrum XVII. Cal. Iulii MDCIV Prioratum S. Andreae Taurinensem.
..... Cum autem prioratus praedictus, quem Ill^{ma} et R^{mus} D.
Robertus tituli S. Mariae in Via S. R. E. Presbyter cardinalis Bellar-
minus patruus tuus ex concessione Apostolica ad sui vitam obtine-
10 bat ad presens vacaverit, et vacet per resignationem ab eodem Ill^{mo}
cardinali in favorem tuum cum fructuum reservatione in manibus no-
stris hodie factam per ipsius procuratorem dilectum nobis reveren-
dum Petrum Guidotum Senensem... Nos praefati amplissimi cardinalis
patruus egregiam erga nos voluntatem, et propensa studia, tuarum-
15 que virtutum specimen animo complectentes, ac per praedictam resigna-
tionem iuxta illius formam admittentes et recipientes, praedic-
tum S. Andreae Taurinensis prioratum ut supra vacantem tibi... in
commendam ex gratia damus, et conferimus... Datum etc. Augustae
Taurinorum die XVII mensis novembris 1606.

20 C. Emanuel.